

V.

Die von mir schon früher (N. A. IV, 570) beschriebene Hs. der Vaticana Palatinus 487 aus dem 10. Jahrh. enthält f. 31' ein Gedicht auf das Greisenalter, welches nach A. Mai kürzlich Baehrens (Poetae lat. min. V, 313, vgl. IV, 20) wieder herausgegeben hat, darauf nach einigen Distichen f. 32':

I. IN ANTIFRASIN.

- Tu quicumque cupis, iuvenis, hunc scire libellum¹,
 Quo calamos poteris vocis inflare sonoros,
 Disce tonos primum Romano forte magistro.
 Quos varia arte legis plagis cum vocibus octo,
 5 Postea sed numerum pedibus et tempora nota:
 Sic tibi terna simul dulci modulamine currunt,
 Iungere quaeque libent facile et bene verba valebis.
 Perficies forsán tibimet tum nobile carmen.
 Tu studiose, precor, quapropter in ordine disce,
 10 Haec tria concentu quoniam stant maxima rerum.
 Omnia certe vigent concordi sidera cursu
 Et polus armonico currit per saecula rotatu.
 Est decus humanae naturae musica summum,
 Quam qui scire negat, ipsum se scire negabit.

II.

- + a 'An ego raucisonum videor tibi strepere carmen'?
 d 'Vox tua certe placet anser velut inter olores'².
 a 'Experire vales, si audes contendere mecum'.
 d 'Non dignor tali memet committere bello'.
 5 a 'Te stimulis pungit forsán ignavia diris'.
 d 'Nullatenus: sed nunc veniam quocumque placebit'.
 a 'Dic, obsecro, prius tantum, quo iudice certes'.
 d 'Iudicium populi potuit hoc totius esse'.
 a 'Iam mihi sancta placet veterum sapientia iudex'.
 10 d 'Cur veteres prefers, cum tu nova cuncta legisti'?
 a 'Iam pedibus numeris qui te dixere legendum'.
 d 'Quid numeri atque pedes: tantum vox vinnula regnat'.
 a 'Voce sonora canunt volucres sine regmine sensu'.
 d 'Nunc scio, duxisti quo me per longa viarum'.

Ueberschrift: 'In añtfr'. 4 'uari^o arte' Hs., 'variare' Gerbert. II, 1 'raucesonum' Hs. Sollten die Buchstaben a und d, die den Versen vorangehen, etwa 'alumnus' und 'doctor' bedeuten? 2 Am Rande 'albi' (etwa 'Albini')? 10 Hier beginnt f. 33. 11 'dum pedibus' am Rande verb. 'iam'.

1) Vgl. Alcuins Epitafium Pauli (Poetae lat. I, 344) 1 'Tu quicumque cupis requies cognoscere fratrum'. 2) Verg. Ecl. IX, 35.